



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

219. Quæ sint pænæ postulantium scienter indignum ob impedimentum seu defectum absoutè indispensabilem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

laturam, qui sine illa ad eam promoveri potest. Pirh. ad cit. de postul. num. 4. Pass. de elect. c. 24. n. 24. citans gl. in c. unic. de postul. in 6. v. eligo. Bald. in rubric. de postul. num. 3. Tabien. v. postulatorio. num. 1. Abb. in cit. c. fin. num. 10. Sicut è contra postulabilis eo ipso eligi non potest; cum patiatur impedimentum reddens eum sine dispensatione impro- movibilem. Pass. ibid. & citati ab eo AA. Estque proinde postulatio eligibilis hoc ipso invalida, juxta Abb. loc. cit. eò quòd Electores teneantur providere Ecclesiæ omni meliore modo, quo possunt, adeoque personam eligibilem eligere, quamvis id neget Bald. loc. cit. num. 4. eò quòd in hoc casu non sint attendenda verba (dum magis realitatem actus, quam vocabuli inspiciamus). pater. §. conditio- num verba. ff. de condit. & demonstrat. sed qualitas personæ, adeoque dum eligibilis solenniter postu- latur, servatâ tamen formâ cap. quia propter, hæc postulatio reipsâ habenda sit pro electione; quòd tamen ipsum sic censere, seu judicare arbitrium esse Judici, credit Pass. cit. num. 24.

2. Quòd si tamen rationabile est dubium, num persona sit eligibilis, vel necesse habeat postulari, posse eam postulari validè, & esse hanc viam secu- riorè, tradit Pass. loc. cit. num. 25. cum gl. in c. fin. de postul. & gl. in c. unic. eod. v. probabitur. Idque procedere ait, non solum, dum dubium est facti, v. g. dubitatur de ætate promovendi; sed etiam dum dubium est juris, saltem si ortum habeat ex ignorantia (quamvis & ignorantia juris sæpe excu- set, maximè mulieres) sed ex obscuritate juris vel contrarietate opinionum DD. contrarium tenen- te. gl. in cit. c. unic. eò quòd ignorantia juris non excuset eligentes, nec sit probabilis; tum etiam, quia in eo casu Electores consulere debebant peri- tores. Porro quâ formulâ in hoc casu dubii uti de- beant Electores, & qualiter tunc electus & cumu- lativè postulatus tempore consensus dandi debeat eligere, aut viam electionis, aut postulationis, di- ctum est supra: vide de hoc Pass. num. 26.

3. Respondeo secundò: non tamen omnis ineli- gibilis est postulabilis, sed solum is, qui ob impedi- mentum canonicum, in quo potest, & solet dispen- sari, ineligibilis est: inutilis enim aliàs & illicita est postulatio, si impedimentum, ob quòd eligi ne- quit, est indispensabile. Pass. loc. cit. num. 27. & 28. Pirh. loc. cit. num. 5. Laym. in pyramb. ad tit. de po- stul. coroll. 2. Impedimentum autem, in quo dispen- sari potest, ac solet in ordine ad obtinendam præla- turam, in genere hic illud est, quòd non impedit, quò minus postulatus adhuc cum utilitate, hone- state, & ædificatione præfici, & prælati munus obire possit: Econtra impedimentum indispensabile est, quòd impedit, quò minus honestè aut utiliter geri & exerceri possit munus, ad quò quis pro- movetur. Pirh. loc. cit. citans Abb. in cit. c. fin. n. 8. Prioris generis sunt defectus natalium, defectus æ- tatis legitimæ, Ordinis, ut dum postulatur laicus, vel dum non nisi constitutus in minoribus postula- tur ad Episcopatum, vinculum contractum cum alio Episcopatu. Laym. loc. cit. Barb. juris Eccl. l. 1. c. 19. num. 9. Pirh. cit. num. 5. Pass. num. 31. superad- dens & alia, nempe dum postulatus est criminofus pœnitens, dum fuit hæreticus, intrusus per sæcula- rem potentiam, irregularis irregularitate simili, ac est illegitimitas, seu dispensabili. Plura hujus gene- ris impedimenta recensentur à Jo. Andr. in cit. c. fin. à n. 4. ad quem remittit Pirh. Item ab Abb. ibid. n. 3. Barbof. juris Eccl. l. 1. c. 19. n. 9. Lavor. cit. 4. de P. Leuren. Fori Benef. Tom. 11.

elect. c. 14. num. 5. Castell. de elect. c. 7. num. 5. Sylva. v. postulatorio. num. 3. & aliis, ad quos remittit Pass. Posterioris generis sunt defectus usûs rationis, ca- rentia omnis literaturæ, infamia morum, notoria criminofitas, impœnitens & contumax, hæresis, ex- communicatio, &c. quæ vel obstante jure naturæ & divino, aut ex natura prælaturæ sunt indispen- sabilia. Pass. cit. num. 28. uti & bigamia, illegitimi- tas ex damnato concubitu, ut dum promovendus est spurcius; in quibus etsi absolurè possit, non ta- men solet dispensari, Pirh. Laym. ll. cit. juxta cap. cum nisi. de renunc. Item tale impedimentum, in quo dispensari non solet, habet respectu Episcopatus, qui annum 27. ætatis necdum attingit, juxta Extrav. unic. inter commun. de postul. Itè religiosus ex Ordine mendicantium respectu Ecclesiæ inferioris Cathedra- li, juxta cit. Extrav. Laym. loc. cit. huc etiam spectant, qui interdictum loci scienter, aut temerè violaverunt, qui nec eligi, nec postulari possunt, ut constat ex c. 1. h. t. Pirh. num. 6.

4. Quòd si tamen ob tale impedimentum, in quo dispensari quidem absolurè potest, sed non so- let, ineligibilis postulareretur, postulationem non fore ipso jure nullam, uti nec postulantès prop- rea incurfuros pœnam statutam aliàs postulantibus indignum, eò quòd talis postulatus indignus, ab- solurè adhuc ex gratia reddi possit dignus, tradit Pass. loc. cit. num. 30. Item Engels ad hunc tit. n. 10. ubi, si indignitas sit quidem dispensabilis, atamen non solet dispensari (quòd ex stylo Curiæ desu- mendum) tunc postulatio non est ipso jure nulla; sed per sententiam annullanda; neque pœna pri- vationis ipso jure incurritur, licet, ut addit En- gels, vi Extrav. ad regimen. de præb. inter commun. & concordat. German. §. 2. dignitates illæ, in quibus postulationes hæc tanquam factæ minùs canonicè referentur Sedi Apostolicæ: Contrarium tamen expresse censet quòdam postremum Laym. loc. cit. ubi ait: sub censura suspensionis à jure eligendi, & postulandi pro una vice, & à beneficiis ejus Ecclesia per tri- ennium prohibitum legitur in Extrav. unic. inter com- mun. h. t. ne ad Ecclesiam Cathedralè postuletur, qui 27. ætatis annum non attingit; neque Religiosus ex Ordine mendicantium ad Ecclesiam inferiorem Cathedrali &c. qui sunt defectus, in quibus non solet dispensari.

Quæstio 219. Quenam igitur sint pœna postulantium scienter indignum ob impedi- mentum, seu defectum absolurè indispen- sabilem?

1. Respondeo: illos pro ea vice ipso jure, seu fa- cto privatos esse jure seu potestate postulan- di & eligendi, Argumento c. 1. & 2. h. t. & c. scriptum. de elect. Barbof. juris Eccl. l. 1. c. 19. num. 7. Azor. p. 2. l. 6. c. 17. q. 6. Laym. in c. ad hæc h. t. num. 5. Pirh. ad h. t. num. 7. & 17. Pass. de elect. c. 24. num. 17. cum gl. in c. 1. h. t. v. privare. Abb. ibidem. num. 31. hæc enim pœna statuta est eligentibus scienter indignis in c. cum in cunctis, de elect. quam dein pœnam ex- pressè quoq; pro postulantibus scienter indignum statuit Innoc. III. c. 1. h. t. non tam condendo per hoc jus novum, quam antiquum illud interpretan- do. Tamen enim aliàs regulariter pœnæ tanquam odiosæ non sunt extendendæ; quia tamen electio & postulatio in jure æquiparantur, utpote tenden- tia ad eundem finem providendi Ecclesiæ vacanti, ideo, quòd (etiã si sit in materia pœnali) statu- tum de uno, censetur quoque statutum de altero in

eo, in quo sunt æquiparata. Laym. Pirh. *loc. cit.* citantes gl. in c. si postquam. de elect. in 6. v. provisione. Navar. in c. pena. num. 12. & 14. dist. 1. de penit. Neque in contrarium facit, quod tametsi sponsalia & matrimonium tendant ad eundem finem, ideoque prohibito vel irrito matrimonio inter certas personas sint quoque hoc ipso prohibita vel irrita sponsalia; non tamen pœna statuta contrahentibus matrimonium prohibitum extendatur ad contrahentes sponsalia prohibita; nam electio & postulatio in jure æquiparantur, etiam quoad pœnas, idque jure expressum est, non item matrimonium & sponsalia. Pirh. *loc. cit.*

2. Pœrò hæc pœna privationis seu suspensionis pro una vice à jure eligendi & postulandi probabilis quoque locum habet in eligentibus (idem est de postulantibus) indignum ad prælaturas & dignitates Episcopatu inferioribus. Laym. in c. cum in cunctis. de elect. num. 3. citans gl. in c. dudum. de elect. v. in Ordinibus. & Abb. *ibid.* num. 11. contra Jo. And. additque Laym. nu. 4. id saltem certum esse, quod, si Capitulum, v. g. Collegiatæ secularis aut regularis Ecclesiæ indignum eligant prælatum, Episcopus pro ea vice privare possit Electores, & ipsemet jure devolutionis facere provisionem, ut constare ait, ex cit. c. dudum. & c. quanquam. de elect. Rationem quoque addit Laym. quia nimirum spectatâ rei naturâ omnibus Electoribus (idem est de postulatoribus) personæ indignæ ad Prælaturam congruit, & debita sit ista pœna; tum, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt; tum quia, saltem pro ea vice ob præsentem affectionem, & animum dispositionem non satis dispositi censentur ad bonam & Ecclesiæ utilem electionem faciendam.

3. Respondeo secundò: illos insuper suspensos esse à beneficiis, quæ in ea Ecclesia, pro qua, seu in qua fit postulatio, per triennium, Extrav. unic. h. t. inter commun. Laym. in præamb. ad h. t. coroll. 2. & in c. cum in cunctis, de elect. §. Clerici sanc. n. 1. ubi etiâ num. 2. subjungit, hanc pœnam suspensionis à beneficiis incurri solum ab iis, qui indignum eligunt (vel postulant) ad Ecclesiam Cathedralis; non verò ab iis, qui indignum eligunt, non ad Cathedralis, sed inferiorem Ecclesiam seu prælaturam, juxta c. si compromissarius. de elect. in 6.

4. Proceditque utraque hæc pœna seu suspensio, & quidem à potiore, etiam in iis, quibus potestas eligendi vel postulandi ex privilegio concessa fuit, vel etiam amissa (v. g. ob electionem vel postulationem factam de indigno) restituta, si postulent, vel eligant denuò indignum; cum qui concessio sibi privilegio abuteretur, mereatur illud amittere, illoque privari, vel omnino, vel ex parte, juxta cap. ubi. 7. d. 74. & c. cum illorum. de sent. Excomm. Et privilegium, per quod restituitur, seu recuperatur jus commune amissum, non plus tribuat, quam amissum sit, adeoque, si ii, quibus de jure communi competit eligere & postulare, dictam pœnam incurrant, dum indignum postulant, multò magis dum id faciunt illi, quibus illa facultas ex privilegio concessa, vel restituta. Pirh. num. 28. Laym. in c. 2. h. t. n. 1. cum Abb. *ibid.* num. 2. in quo c. 2. manifestum hujus rei est exemplum. Et licet aliàs regulariter abutens privilegio sibi concessio non ipso facto eodem privatus existat, sed per sententiam eo privari possit, ac debeat Argumento citati cap. ubi. & ut cum communi tradit Suar. l. 8. de leg. c. 36. n. 8. id tamen speciale privilegio, per quod acquisita, vel recuperata facultas aliàs jure communi con-

cessa, ut ipsius abusus ex jure communi ipso facto annexa sit privatio illius. Pirh. Laym. *loc. cit.*

Quæstio 220. An, dum Capitularium aliqui ob dictam causam ipso facto privati sunt potestate eligendi & postulandi, tota hæc potestas ad alios, qui indignæ tali postulationi non consenserunt, sed expresse contradixerunt, (si enim tacuerunt, & non contradixerunt, sicut debuerunt, & potuerunt, non habentur pro innocentibus. Abb. in c. 2. h. t. licet numero sint pauciores, devolvatur?

Respondeo affirmativè. cit. c. 2. habetur etiam in c. bona. & c. cum Vintoniensis. de elect. quod exclusis delinquentibus potestas tota residet in aliis, qui non peccaverunt. Pirh. *loc. cit.* num. 29. Verumque id etiam est, etiam si tantum unus è Capitularibus innocens supervit, aliis omnibus privatis, ut is solum prælatum eligere vel postulare possit. Gl. communiter recepta in cit. c. 2. v. pauciores, apud Pirh. *loc. cit.* jus namque & nomen Universitatis stat, & conservatur etiam in uno. l. sicut. ff. quod cujusque universit. nomine &c. Et licet unus non faciat Capitalium, jura tamen Capituli in uno solo residere & remanere possunt. Gl. in c. 1. de elect. v. duo. Abb. in c. gratum. h. t. cum communi, potestque unus solus, in quo hoc modo habetualiter seu virtute manet Collegium, exercere actus competentes Collegio, ut est eligere, postulare prælatum; non tamen seipsum eligere vel postulare; quia hoc ipso ob vitium ambitionis censetur indignus. Abb. Pirh. *loc. cit.* his non obstante l. si grege. ff. de legat. ubi dicitur gregem desinere, uno tantum animali ex grege remanente, nam in tali universitate pecorum non dantur jura vel bona, nec adest in ea subiectum rationale, in quo conservetur jus universitatis talis. Quod verò aliàs ob delictum majoris partis alicujus communitatis tota communitas, adeoque & ipsi innocentes puniri possunt ac soleant; id solum verum est, si crimen atrox à majore parte Collegii collegialiter conveniente ad deliberandum & decernendum de crimine commissum, pœnæque statuta crimini est talis, ut in singulos cadere nequeat, v. g. extinctio Collegii; vel etiam, licet pœna sit talis, ut in singulos cadere possit, v. g. spoliatio bonorum; communitas tamen delinquens tam sit magna, ut ægrè discerni possint innocentes à nocentibus; quia jam innocentes sunt veluti pars nocentium moraliter inseparabilis ab aliis. Pirh. num. 30. Argumento c. gratum. h. t. Vide de his plura cap. seq. ubi de eligentibus indignum. Nunc in specie de aliquibus, de quibus dubium esse poterat, num patiantur talem defectum, ob quem eligi nequeant, sed necesse habeant postulari. De aliis verò impedimentis tam impediens electionem, quam postulationem, vide partem 1. ubi de conditionibus & qualitatibus requisitis in promovendo ad beneficia ecclesiastica.

Quæstio 221. An Episcopi, Archi-Episcopi, Patriarchæ eligi nequeant, sed necessariò postulari debeant ad aliam Ecclesiam?

Respondeo affirmativè, estque electio talis omnino irrita. Laym. in cap. ult. h. t. num. 1. Pirh. ad tit. de postul. num. 9. Pass. de elect. c. 24. num. 33. Barbof. juris Eccles. l. 1. c. 19. n. 11. cum communi, juxta c. ult. h. t. sunt enim Episcopi (idem est de aliis prælatis Episcopo superioribus) jam spiri-

tuali